



**Disquisitionvm Magicarvm Libri Sex**

**Delrio, Martín Antonio**

**Mogvntiae, 1624**

Qvæstio XXIX. An non possit iudex cum videt reum esse induratum aut ex alijs iustis causis, desistere ab examine & tortura, & post aliquot dies eam repetere?

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62472](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-62472)

## QVÆSTIO XXIX.

An non pos sit iudex cum videt reum esse induratum aut ex alijs iustis causis, defessere ab examine & tortura, & post aliquot dies eam repetere?

**P**ossit responderem cum id & ratio s̄epe dicitur, & iure nullo prohibetur, & interpres approbent, idem responderunt Facultates Bononiens. Patavina, & Friburgens. probant auctoritate Bald. in l. 2. c. quod met. cau. Bart. in l. vnius §. 1. D. de q. in 1. opposit. Mar. in l. questionum. 17. & in l. repet. nu. 4. & 10. d. tit. Afflit. in constit. Regni l. 1. titul. de clædestin. homic. num. 55. & 56. Boer. decis. 163. n. 10. Conrad. titu. de negat. crim. & tort. nu. 31. Anton. de Canario tractat. de quest. m. 6. nu. 1. Novis. Romed. quest. 39. per totū, maxime num. 86. Cartar. vbi supra nu. 180. Clarus quest. 64. nu. 45. Menoch. cas. 272. num. 4. Farinac quest. 38. num. 86. & 87. maxime quando iudicat indicia non satis purgata per torturam præcedentem, Marsil. in d. l. questionis modum num. 17. Augustin. addit. ad Angel. in verb compa- rauerunt dicti inquisiti. in 1. addit. Menoch. cas. 273. aut si noua super veniant indicia. Nouiss. Roman. num. 90. vbi supr. & DD. in d. l. vnius §. 1. Consultum autem tunc iudicii, vt curet referri in a&t; quod animo torturam repetendi, iubeat reum deponi, & vt intercedat dies & nox integra, & non repeatat ultra tres vices, est communis in scholis & iudicij. Nouiss. Rom. supr. num. 103. & 106. Clarus supr. versic. ultimo videndum.

Rationem optime deducunt Friburgenses, & docent quod siue induratio ista sit naturalis, siue arte dæmo-

nis procurata (de quo multa Grilland. de quest. & tort. quest. 4. num. 12. Einfeld. in leg. 8. C. de malef. & mathem. quest. 1. concil. 15. & reg. sect. 9. circa medi.) tamen ipsa & ex ea nascens taciturnitas est temporalis, & non perpetua: qua mutatur ex causis naturalibus, tam extrinsecis, quam intrinsecis, vt homo modo velit tacere; modo nolit; modo facilius possit, modo difficilis se contineat. Dæmon quoque non semper strigibus adfistit, sed aliquando deserit, vel spōte sua, vel Dei iussu, vel non ferens Ecclæstica remedia, quæ adhibentur, ut docuit sect. 9. vers. quoad tertium dubium. Vnde etiam fit, vt iudex merito speret, eum qui tunc induratus tacet, alio tempore cuncta propalaturum.

## QVÆSTIO XXX.

Quid sentiendum sit de effusione aquæ frigidæ in tergum appensirei?

**S**i foret addita ratio dubitandi, miles assequeretur dubij mentem. Ego illam inter torquendi modos iam alias memorau, d. sect. 9. nunc etiam respondeo, si nihil admisceatur superstitionis (v. g.) circa modū effusionis, numerum guttarum, constellationem expectationem effectus prodigiis, &c. Sed sit simpliciter, & quia putatur plus doloris allatura; nec sublit metus periculi mortis, vel enormis lesionis; me nihil videre cautæ, cur ea non sit permitenda: cum modus & qualitas torturæ iudicis arbitrio subsint?

Cauendum quidem iudicibus ne insolitos modos questionum introducant, ne faciant litem suam, & pereunte reo in syndicatu puniantur. Bald. lib. 1. C. de emend. seruan. Boss. de tortur. numer. 40. Anton. Gomes. tom. 3. var.

resol.